Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



propter seditionem missus fuerat
in carcerem. Congregans ergo
illos dixit pilatus. Quem
vultis dimittam vobis barra
ban an ihsum qui dicitur xpus.
Sciebat enim quod per invidiam
tradidissent eum. Sedente autem
illo pro tribunali, misit ad illum
uxor eius dicens. Nichil tibi
et iusto illi. multa enim passa
sum hodie per eum.
Principes autem sacerdotum et
seniores persuaserunt populis ut
petirent barraban. ihsum vero
perderent. Respondens autem ples ait
illis. Quem vultis vobis de
duobus dimitti. At illi dix
erunt. Barraban. Dicit eis
pilatus. Quid igitur faciam
de ihsu qui dicitur xpus. Dicunt
omnes. Crucifigatur. Ait illis
ples. Quid enim malum fecit. At
illi magis clamabant dicentes.
Crucifigatur. Videns autem pilatus
quia nichil proficeret. sed magis
tumultus fieret accepta aqua
lauit manus coram omni populo
dicens. Innocens ego sum a sangu
ine iusti huius vos videritis.
Et respondens universus populus dixit.
Sanguis eius super nos et super
filios nostros. Tunc dimisit illis
barraban. ihsum autem flagella
tum tradidit eis ut crucifigeretur.
Tunc milites populi suscipientes
ihsum in pretorio congregauerunt
ad eum universam cohortem. et exuen
tes eum clamide coccinea circum
dederunt ei. et plectentes coronam de
spinis. posuerunt super caput eius
et harundinem in dextera eius. et
genuflexo ante eum illudebant
dicentes. Ave rex iudeorum. Et
expuentes in eum acceperunt ha
rundinem. et percutiebant caput eius.
Et postquam illusserunt ei exuerunt
eum clamide. et induerunt eum ve
stimentis suis. et duxerunt eum
ut crucifigerent. Exeuntes autem in
uenerunt hominem cyrenaeum nomine
simonem hunc angariauerunt
ut tolleret crucem eius. Et venie
runt in locum qui dicitur golgatha
quod est interpretatum calvarie locus.
Et dederunt ei vinum bibere cum
felle mixtum. Et cum gustasset no
luit bibere. Postquam autem cru
cifixerunt eum diuiserunt vestimen
ta eius sorte mittentes. ut ad
impleretur quod dictum est per prophetam
dicentem. Diuiserunt sibi vestimen
ta mea. et super vestem meam mise
runt sortem. Et sedentes seruabant
eum. Et impposuerunt super caput
eius causam ipsius scriptam. Hic
est ihs nazarenus rex iudeorum.
Tunc crucifixi sunt cum eo duo la
trones. unus a dextris et unus
a sinistris. Praetereuntes autem
blasphemabant eum. mouentes